

N. 18.

A. D. 1272.

(28 novembre, Indiz. XV).

Data di luogo Monopoli.*Rogatorio* Bartolomeo, notaio.*Descrizione* Gotica, 24 × 43.

Contenuto Istrumento con cui l'Abbadessa Isabella chiede a Giacomo Marino che le mostri la copia autentica dell'istrumento per cui possiede una casa ed alcune grotte presso S. Nicola *de portu aspero* in Monopoli. Marino mostra il titolo che è dell'anno 1187, 26 agosto, V Indiz. Dalla lettura si raccoglie che antecedentemente era sorta questione fra l'Abbate Lorenzo e Roberto e Giacomo, i quali avevano preso più di quanto era stato loro concesso. Lorenzo, abbate, *per fustem* confermò a Giacomo col consenso dei monaci il possesso della casa con le terre che erano avanti, a Roberto le due grotte, con la scala ed un suppigno. Essi in ricompensa promettevano che in dicembre, nel dì di S. Nicola, avrebbero dato al convento tre libbre di cera: due Roberto, ed una Giacomo. Sarebbero stati padroni di vendere la proprietà, salvo il censo della cera e la quarta parte del prezzo di vendita che sarebbero toccati al Monastero.

Bibliografia Inedita.

Quo nos a penis christi natale redemit. Millesimo ducentesimo septuagesimo secundo
 Regnante domino nostro Karolo dei gratia Illustrissimo Rege Sicilie Ducatus Apulie prin-
 cipatus Capue Alme Urbis Senatore Andegavie provincie et Folcalquerii Comite ac Ro-
 mani imperii per sanctam Romanam ecclesiam in Tuscia vicario generali Regni eius
 5 anno septimo. mense novembri vicesimo octavo die eiusdem, Indictione quintadecime
 aput Monopolim. Nos Stephanus de Siro Georgio . . Dannarius et Iacobus de Maraldo Regii
 monopolitani Iudices, Bartholomeus publicus eiusdem terre notarius, Iohannes humilis
 monopolitanus archidiaconus, Maio de Siro Raone et Rogerius de Iudice maiore notarius,
 Melis filius quondam Petri notarii et Iohannes de Scala filius quondam Mathei de Scala
 10 cives monopolitani testes liciterati ad hoc specialiter vocati et rogati presenti publico
 scripto fateimur quoniam ISABELLA VENERABILIS ABBATISSA MONASTERII MONIALIUM SANCTI
 BENEDICTI DE CUPERSANO prescripto die in nostra presentia requisivit Iohanniccium ma-
 gistrum conbiserium filium magistri Ursonis conbiserii concivem nostrum ut ipse osten-
 15 deret sibi instrumenta et iura que habet de concessione domus sue que est prope domum
 et claustrum ecclesie sancti Nicolai de portu aspero ex parte maris. et sibi copiam fa-
 ceret de eisdem pro eo quod sua et predicti sui monasterii interesse dicebat habere ipsa
 autentica ad ius dicti sui monasterii prosequendum et tuendum. Quia magister Iohan-
 naccius dixit se non habere instrumentum et iura concessionis predictae domus. set Iaco-
 num Stephanum magistrum zucarium filium quondam Leonis magistri zucarii sororium
 20 suum Instrumenta ipsa et iura habere quia sibi dictam domum in dotem olim dedit et
 tradidit pro Constancia sorore sua. uxore sua magistri Iohannaccii quia predictus Iaconus
 Stephanus prescripto die ab eadem DOMINA ABBATISSA de predictis instrumentis et iuri-

bus concessionis predicte domus in nostra presencia requisita statim ad requisitricem
 eidem domine Abbadisso ostendit et assignavit ei et nobis instrumentum unum quod vi- 25
 dimus non rasum non cancellatum non abolitum non in aliqua sui parte corruptum set
 omni vitio et suspicione carens et in prima sui figura existens quod legimus et eius con-
 tinentia per omnia talis erat: *Ex quo factus homo Christus resplenduit orbi Anno (1235)*
Millesimo ducentesimo tricesimo quinto. Imperante domino nostro Frederico dei gratia
 gloriosissimo Romanorum Imperatore et semper Augusto anno quintodecimo. et Rege 30
 Iherusalem anno decimo. Rege vero Sicilie anno tricesimo octavo. Mense Aprilis vice-
 simo quarto die eiusdem, Indictione octave. Nos Nicolaus humilis Abbas monasterii Sancti
 Benedicti de Cupersano in civitate Monopoli presenti scripto declaramus quod questio
 vertebatur inter monasterium nostrum ex parte una et magistrum Leonem zucariam fi-
 lium quondam magistri Petri ex altera, nobis ei controversiam inferentibus supra duabus 35
 domibus et duabus criptis censualibus ab ipso Petro patre suo quondam confictis in
 fundo ecclesie sancti Nicolai de portu aspero obedientie nostre Monopoli per concessio-
 nem sibi suisque heredibus dudum stamus a domino EUSTASIO bone memorie ipsius mo-
 nasterii venerabili Abbate quia domum unam et predictas duas criptas idem ma-
 gistri Leonis sorore datam ei in dote a predicto magistro Petro patre eius que domus
 his finibus designatur: a parte boree est domus *quodam* Theodori nauclerii. a parte austri 40
 est taliata in qua sunt predicte due cripte cum aliis criptis. a parte montis sunt domus
 et claustrum predicte ecclesie nostre Sancti Nicolai. et a parte maris est via puplica.
 Cripte vero prefate sunt in eadem taliata coniuncte. et subter predictam domum quam
 possidet nominata domina Cita. Dicebamus enim ipsas domos et criptas ab eisdem minus 45
 iuste possideri et eas Athanasio et Thoma aliis Petri filiis mortuis nullo filio successore
 relicto pro ipsorum porcionibus ad proprietatem et dominationem ecclesie pervenire de-
 bet. Respondebatur a parte magistri Leonis prefatas res ecclesie Petro et filiis heredibus
 eius decessos non idcirco ad ecclesiam pervenire debet. quod ipsorum fillorum alius vel 50
 aliqui liberos non habet set interpretatione benigna in eum casum ubi Petrus pater sui
 res fuerunt decesse nullo superstite filio decessisset et ideo se eiusdem petri patris fi-
 lium et heredem iustissime possidere. Nos e contra proponentes asserebamus porciones
 premortuorum fratrum ipso iure non adeum set ad ecclesiam pertinere. Ex contrario a
 parte magistri Leonis dicebatur premorientium portiones fratrum sibi accrescere non ec-
 clesie cedere. Cum autem talis esset questio diutius agitata. tandem propter inclitas inter 55
 nos altercatione et contentiones habitas lis esset per sententiam diffinita cum
 dubius sit sententie iudicialis eventus. et ambigua sint fata causarum. de cuius fratrum
 nostrorum et amicorum consilio. convenimus et transeg modum. ut idem magi-
 ster Leo daret ipsi nostre ecclesie quattuor uncias auri *quinetiam* et censum trium li-
 brarum cere quem singulis annis prestare consueverat augeatur et augmentatur et di-

60 midie cere. et sic domos ipsas et criptas sine nostra et successorum nostrorum inquietudine dimisimus perpetuo possidendas eis et descendentes suis ex legitimo matrimonio natis et nascituris omnis controversia sopita. et liceat eis suisque descendentes si valuerint res ipsas vendere vel ad alios quolibet alienationis titulo transferre salvo censu trium librarum cere et dimidie annis singulis in festo Nicolai mensis de-
 65 cembris ab ipsis vel quibuslibet possessoribus persolvendo. et salva decima pretii si ad alios prefatas res ipse vendicionis titulo transferatur dominio videlicet ut est domus ad ecclesiam redeunte descendentes non inventis. et tum hec convenientia et transactio nobis et conventui satis idonea et utilis videretur. statim in presentia dominorum Petri Stephani et Guillelmi Imperialium Iudicum Monopolis siri Maionis filii siri Iohannis Pauli
 70 militis. Iohannis de siri Argiriccio et Iohannis de Nauclerio Pasiatore notarii civitatis Monopolis testium subscriptorum stante nobis in omnibus predictis et subscriptis magistro Matheo pro advocato de consensu et voluntate omnium fratrum nostrorum per fustem ut mos est spontanea voluntate remisimus eidem magistro Leoni suisque descendentes omnes calumpnias et questiones supra predictis domibus et criptis pro parte nobis ec-
 75 clesie hactenus emergentes. et ilico predictas quatuor uncias auri boni tarenos Sicilie ad opus ipsius monasterii nostri ab eodem magistro Leone ex ea transactionis accepimus guadium quoque coram ipsis dominis iudicibus et testibus nominatis eidem magistro Leoni dedimus nobis ipsis fideiussoribus positus eo tenore ut semper nos et nostri suc-
 cessores in hac convenientia et transactione qualiter prelegitur mancamus. et eam in
 80 nullo infringere vel evacuare queramus. set defensores eis pro parte ipsius nostri monasterii exinde fiamus ab omni humana persona. Contra quod si fecerimus octo auri Augustales sibi pene nomine et totidem in publico componamus. et que premissa sunt compleamus inviti districtis nobis et successoribus nostris qui eis licentiam dedimus pignere nos et successores nostros per omnes res ipsius nostri monasterii licitas et illicitas
 85 sine appellatione et kalumpnia, dum omnia fecerimus ut hoc brebe continet. *Quod scripsit Philippus publicus monasterii nostri qui interfuit.* Quo instrumento diligenter inspecto et prelecto predicta domina Abbatissa petit humiliter ut ipsum ex nostro officio ut iuris et moris est autenticaret sibi et in publica forma redigi faceremus eoque predictum originale mansurum erat penes Iaconum Stephanum supradictum cuius petitione quam
 90 iustam esse cognovimus admittentes instrumentum ipsum fideliter de verbo ad verbum nichil inde addito vel minuto transcribi ticari et in publica forma redigi secundum per manus mei qui supra Bartholomei publici Monopolitani notarii signo meo solito nostrorum predictorum iudicum nostrorum et predictorum archidiaconi subtestationibus roboratis et erat predictum instrumentum taliter subtestatum. Ego Nicolaus
 95 abbas. Ego Matheus prior. Ego Guilelmus monachus. Ego Marinus prespiter et monachus tir presbiter et monachus. Signum manus Iohannis monachi. Petrus Iudex

monopolis. Monopolitanorum Iudex Stephanus. Guillelmus monopolitanus Iudex. Maio testis sum. Iohannes No Argiricci filius. Iohannes notarius Pascalis nauclerii filius. Quod scripsi ego predictus Bartholomeus notarius quia predictis rogatus interfui et meo solito sigillo signavi.

100

† Regius Monopolis Iudex Stephanus dannarius.

† Iacobus monopolitanorum Iudex.

† Maio de siro Raone qui testatur.

† Rogerius notarius testatur.

† Melis philippi notarii filius.

105

† Iohannes de Paolo testatur.